35
36

DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS
DE

FABRICA ET USU LINGUÆ.

QUAM

ANNUENTE DEO TER OPT. MAX.

Ex Auctoritate Magnifici Rectoris,

D. ADRIANI VAN ROYEN,
MEDICINÆ DOCTORIS, EJUSDEMQUE FACULTATIS, UT ET BOTANICES
IN ACAD. LUGD. BAT. PROFESSORIS ORDINARII,

NEC NON

Ampliſſimi SENATUS ACADEMICI *Conſenſu*,
& *Nobiliſſimae* FACULTATIS MEDICÆ *Decreto*,

PRO GRADU DOCTORATUS,

Summisque in MEDICINA Honoribus, & Privilegiis
ritè ac legitimè conſequendis,

Eruditorum Examini ſubmittit

JOAN CORNELISSEN DEN EBO,
Fleſſinga Zelandus.

Ad diem 16. *Octobr.* 1742. *horâ, locoque ſolitis.*

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud GERARDUM POTVLIET, 1742.

ERUDITISSIMO PIISSIMOQUE

VIRO

D. WYGARDO KILLEWIGH,

ORACULORUM SACRORUM IN PAGO AARLANDERVEEN VIGILANTISSIMO INTERPRETI, FIDELISSIMO DIGNISSIMO AMICO NUNQUAM NON VENERANDO.

Haſce pagellas Studiorum Medicorum primitias, in debitæ gratitudinis teſtimonium, amicitiæque τεκμήριον;

Sacras vult

Virtuti & nomini tuo devotiſſimus,

AUCTOR.

DEDICATIO.

Dum nulli doctoratus Laurea niſi quandam materiam pertractanti donetur, ſtudiorum metæ cupidus, quæſivi materiam, quæ Praxin & Theoriam, ſplendididiſſimo copioſarum rerum colore variegatam, contemplanti ſeſe offerebat, accuratiori examini haud indignam, quam pro viribus elaborare anniterer; rejecta Praxi, utpote per experientiam infallibilem rerum magiſtram necdum edoctus, vix aliquid profferre poſſem, quod accuratius ſubacti ingenii Judicium ſuſtinere valeret, & quod maximum, jam a multis retro annis iſta, quæ in morbis, magno numero generis humano inflictis, curandis obſervanda ſunt, elaborata, conſcripta ſuisque Lineamentis vividiſſime ob oculos poſita inveni; elegi argumentum morda-

ciori lima & accuratiori judicio, quod quam procul abſit ipſe perſentiſco, haud indignum; ſabricam nempe & uſum linguæ: aſt quid inexpertus ac neceſſariis ad tam arduum opus adminiculis deſtitutus proferam, quô legentium animos, ſeveriorum diſciplinarum curriculo laſſos oblectarer, & ad contemplanda magnifica infiniti Creatoris opera, quæ in Corpus humanum, commune veluti centrum, confluunt, manuducerem; deſperandum certe, niſi tua benevolentia nitens, ac ut ingenue fatear, illa prolaturus, quæ ex mellitis Clariſſimorum Præceptorum Lectionibus hauſi, ac in magni nominis medicorum monumentis ſcrutandis inveni, laborem non ita tentatum agrederer.

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS DE

FABRICA ET USU LINGUÆ.

CAPUT PRIMUM.

§. I.

Lingua, Græcis Γλῶττα, γλῶσσα, in Etymologia valde differunt ſcriptores, ſunt qui a λείχω Lingo, alii a voce Ligo, derivant, quia contritos & in minores partes redactos cibos colligit, & quaſi ligatos premit & transmittit ad ventrem: Varro a Ligendo cibum derivat; verum Iſidorus a Lingendo, ratus Varronem eandem ſententiam ſcio calculo probaſſe,

ſe, ait enim Lib. 2. cap. 1. *Linguæ a Lingendo putat Varro nomen impoſitum:* Alii, quia per articulatos ſonos verba liget: Perottus, ut Varro, a ligendo cibum, *vel quod*, ut ait, *dentium ſeptis quaſi muro circumvallata ligata ſit.* in Linguæ Etymologiam dicit Poëta

Dens quaſi dictus edens, Lingua a ligendo *vocata:*
Traxit ab officio nomen uterque ſuo.

§. II. Lingua, eſt Divinum opus phrygicum, & organum in ore ligatum, & quaſi dentibus ut muro circumvallatum, quod lingit, verba & cibum ligit, colligit, premit & transmittit ad ventrem, uti Etymologia nobis docet, vel eſt mirifica fibrarum, venarum, arteriarum, aliarumque partium ſtructura.

§. III. Una data eſt homini Lingua, neque dividitur in duas, uti pulmonum lobuli, per lineam ab Hypocrate dictam medianam; quum Lingua, de qua nobis ſit agendum, eſt humana, nullum de ſerpentibus, lacertis, neque ſimilibus aliis animalibus verbum proferamus, quorum, uti referunt Autores, Linguæ ſunt diviſæ ad radicem uſque, in tres, vel plures.

§. IV. Linguæ figura eſt partim acuta, partim craſſa, partim mobilis, partim fixa; dividitur in apicem, qui eſt anterior pars, punctum illud mobile, cujus finis eſt planus, orbicularis & acutus; & in baſin vel radicem, quæ eſt poſterior pars, craſſa, & quaſi fixa, quæ niſi ſuô fundamento movetur.

§. V. Ejus magnitudo naturalis reſpondet oris cavitati, ſive cavitati inferioris maxillæ: ſi autem nimis longa, ex ore propendit; verum de illis in ſequentibus, ubi de Linguæ morbis agemus.

Sed

Sed quid juvat rerum ſuperficiem ad examen revocare, ni attenta mentis conſideratio ipſa penetralia perſcrutetur; ideo ad interna dirigemus oculos, aſt quid ego tam pulchrum opificium Divinæ manùs indignum pertractare geſtiam, quod ſummos Anatomicos in ſtuporem rapuit: Veſalius, a Borellio divinus dictus, hæc habet, *imo Linguæ conſtructionem hactenus à nemine ad amuſſim perſpectam fuiſſe, neque etiam ocyus fore metuo: ita, ut fateri cogamur eo conditoris noſtri in effigiendo ex terra Adamo artem induſtriam proceſſiſſe, ut tota hæc conveniatur, quantumvis longo temporis ſpatio, idque in viris illuſtribus, fuerit indagata.* Verum ſcopo ſatisfacturi videbimus ejus fabricam.

§. VI. Linguæ Fabrica ſive ejus ſubſtantia, non eſt caro peculiaris, glandinoſa, ſpongioſa, ſed eſt fibroſa, variis fibrarum ordinibus implicata, ut transverſis, rectis & obliquis: contexta vaſis multis; circumvoluta membranis, multis glandulis ornatis; ut eo clarius agnoſcere poſſimus linguæ fabricam, videam quid ſit fibra, ſed ad illam examinandam ob tenuitatem requiruntur oculi optimis microſcopiis armati.

§. VII. Fibra eſt ſimpliciſſima pars corporis, eſt quaſi filamentum tenue oblongum, ejus ſtructura, quis plura dicet? eſt inſtar fili, ubique in parte homogenæa, tenax, flexilis, & obſequioſa, ejus ſubſtantia eſt varia, omnes enim ſolidæ partes, ex meris diverſimode contextis & junctis fibris conſtant, imo & ipſa oſſa, inde in oſſibus, vel cartilagine ſunt duriſſimæ, in muſculis molliores & carnoſæ, in muſculorum aponeuroſi tendinoſæ, in membranis membranoſæ; magnitudo fibrarum differt in arteriis breviores & laxiores, in inteſtinis longiores & laxiores, in muſculis lon-

giſſimæ: color in oſſibus, cartilagine muſculorum aponeuroſi & in membranis eſt albicans, dum color in muſculis præſertim eſt ruber; ſitus vel curſus fibrarum ſunt diverſi; inde enim dicuntur fibræ rectæ, incurvæ, tranſverſæ, obliquæ, ſemilunares &c. habent fibræ quaſdam partes proprias, nempe ſubſtantiam celluloſam, quâ unaquæque fibra ambitur, eſt illa ſubſtantia celluloſa rara, ſubtiliſſima, homogenæa, in ſe continet humorem lubricum, ſubtilem & oleoſum, quô fibra lubricatur: quæ præter dictam celluloſam ſubſtantiam fibræ ſunt propriæ, ſunt vaſa ad nutritionem & motum deſtinata, & quæ ad unamquamque fibram accedunt: percurrunt illa vaſa per totam ſubſtantiæ celluloſæ extrinſecam partem, ambiunt quaſi fibram, inde illos Malphigianos plexus; dicit, vaſa retis inſtar fibræ circumponi: firmant illa vaſa ſubſtantiam celluloſam cum fibrâ; majores illorum rami procedunt per ſubſtantiam celluloſam, dant minores ramos ad ſuperficiem fibræ: fibrarum vaſa ſunt arteriæ & venæ, quæ ad unamquamque fibram accedunt, uti & nervus, ſive nervorum ramuli, qui primò decurrunt per ſubſtantiam celluloſam, deinde penetrant & quaſi in fibris definiunt: proprietates fibrarum ſunt motus, & ſuæ connectiones; motum habet ab influxu ſpirituum per nervos; dicitur ille motus actio, quæ fit, dum mente volente, copioſior copia ſpiritus adducitur, quò exitus quaſi obſtruitur; unde fibra intumeſcit, ſe contrahit & brevior fit, ſic peragit fibra ſuas functiones; relaxatio, actionis ceſſatio, eſt minor impetus & influxus ejus ſpiritus, quô fibra ad ſtatum ſuum naturalem tranſit: quod ea relaxatio fit a reditu ſpirituum nervorum, contra circulationis ideam non credimus, verum

verum probabile videtur, quod ſpiritus in ſubtiliſſimas venas nervis reſpondentes abeat: nempe primò in venulas minimas, deinde in majores, & tandem ad cor redeat: minime gentium approbare poſſimus ſententiam cujuſdam Itali, putans, per quoſdam nervos ſpiritum adduci, & per quoſdam ad cerebrum reduci, uti circulatio ſanguinis: certa lege ordinatæ & congeſtæ, ſibi invicem per ſubſtantiam celluloſam laxæ conjunctæ, efformant fibræ muſculos; contextæ ſunt in membranis muſculorum, inteſtinorum, arteriarum & venarum, ſicuti in telâ fili; aliquando vario ordine contextæ ſunt uti in lingua, in quâ ordinem explicatum eſſe non ſcimus, & quis explicabit? Malphigius deſcripſit in linguâ varia fibrarum genera, quæ invenit, ubi deſſecuit coctam bovis vel vetuli linguam ad quinque vel ſex tomos; verum in quotcumque partes ſcindimus linguam, alia fibrarum genera inveniuntur, præſertim in lingua humana, ubi intricatior eſt illarum decurſus: quod lingua habet fibras longitudinales, obliquas & tranſverſas, clare docet linguæ motus, dum ipſa linguæ ſubſtantia figuram mutat, in dureſcens, tumuſcens, & margines ab omnibus partibus contrahens, deinde in ſtatu naturali rediens, mollescens, lateſcens & ſe explicans: vel dum lingua ſe incurvat, & efformat quaſi cochlearum, ſive apicem dirigit ad palatum, vel moveat eum huc vel illuc; ſed Anatome affirmat: ſic dixit olim Reolanus *hæc tamen corpora*, putans linguam duplicatum corpus, *obliquas tranſverſas rectaſque fibras ſimul adepta mihi videntur, quæ invicem adeo coëunt, commiſcentur ut in his fibrarum genus aſſequi, propemodum ſunt impoſſibile.* & Veſalius *triplex*, ait, *fibrarum genus adeo confuſum per mixtum*

tum optinet, ut fibras internoſcere ſit quam difficillimum. Dicet magnus ille Hoffmannus Lib. 2. Sect. 3. Cap. V. §. 9. *ut fibræ tanquam ſtratum ſuperſtratum incumbant ſibi invicem.*

§. VIII. Linguæ fabrica contexta eſt multis vaſis, quæ ad nutrionem & ad actiones animales deſtinata ſunt; quæ ad nutrionem deſtinata ſunt, ſunt arteriæ & venæ; arteria eſt canalis membranaceus, pulſans, qui ſanguinem ad nutritionem aptum, ſuô periſtalticô procuſſu, ad minimam partem corporis producit, procedunt arteriæ ad illam tenuitatem, quod unum globulum rubrum non admittunt, ergo decies millies minor unô granô ſabuli, ut ſummus LEUWENHOEKIUS teſtatus eſt: inde dicitur arteria ſanguifera, quæ unum globulum rubrum admittit, arteria ſeriſera, quæ unum globulum ſeroſum tranſmittit, & arteria lymphatica: habet lingua ſuas arterias a carotidibus externis, quæ pro tali opuſculo, ſive parvo membro, valdé ſunt inſignes; dicuntur ſublinguales: vena eſt canalis membranaceus non pulſans, permittit ſanguinem ab omnibus partibus corporis ad cor; quæ linguæ ſunt propriæ, ſunt inſignes rami jugularium externarum, & uti arteria in unoquoque linguæ latere una; valde viſibiles ſunt ad inferiorem linguæ partem dicuntur venæ Raninæ: quæ ad actiones requiruntur ſunt nervi, nervus eſt canalis tenuis, albicans, a cerebro & medulla ſpinali procedens ad omnes corporis partes, & adducens ſpiritum nervorum ad motus voluntarios, ſive involuntarios: id verum eſſe docent experimenta; nam ubi ligatur nervus, muſculus, ad quem procedit ille nervus, fit jamjam fulminis inſtar totus paraliticus: ligata arteria paullatim ceſſat muſculi motus, caret enim

ille

ille muſculus nutritione: ſi ligtaur vena, tardior motus ceſſat; in illo enim muſculo fit humorum ſtagnatio: non tantum inſerviunt nervi motui ad quam partem procedunt, verum etiam ſunt tactus internuncii: nervorum numerus differt cum arteriis & venis, tres inſignes truncos accipit lingua, vel tria nervorum paria.

Primi a nono pari, quod totum in lingua aſſumitur, trajectum a baſi ad apicem ſuos ramos diſpergentes, Williſio, *Linguæ motus, pro ſonorum articulatione requiſitos*, deliniante.

Secundum habet lingua nervum a tertio ramo quinti paris, guſtatorium dictum, ab eodem Williſio, *dignoſcentem ſapores*, adſcripto; verum contraria olum hujus Athenæi lux, & membrum, meusque dum inter vivos ambulaſſet Magiſter, Summus Boerhavius in inſt. med. de guſtu §. 486. *quinti vero paris ramum ejus muſculoſis inſervire motibus: & nonum par guſtorum.*

Tertius ramus ab octavo pari procedit, jam ab Euſtachio demonſtratus, ad mediam linguæ longitudinem tranſiens.

Vocamus actiones per nervos animales; ſunt illæ actiones, primo, omnes actiones mentis, quæ corpus mutant & viceverſa; ut perceptio, imaginatio, memoria, judicium, ratiocinium: ſecundo, ſunt actines corporeæ, quæ, conſciam reddunt mentem, dum exercentur, uti guſtus, olfactus, auditus, viſus, tactus, & motus voluntarii. Nervi ſunt tactus internuncii; guſtus enim eſt ſubtilior ſpecies tactus; id circo nervos guſtus internuncios appellare poſſumus; docet enim nervorum læſio, ad guſtum illos eſſe requiſitos; motus voluntarios per nervos fieri, affirmat illud experimentum; ibi enim impeditur actio muſculi, ubi ejus nervus ligatur, imo & muſculum paraliticum reddit.

 §. IX.

§. IX. Circumvoluta eſt linguæ ſubſtantia membranis, quæ multis glandulis, præſertim papillis ſunt ornatæ: membranæ dicuntur duæ, nempe linguæ epidermis, & cutis: jam duo linguæ involucra deſcripſit Malpighius, unum, quæ rete, alterum, quæ involucrum craſſum vocavit; verum quum Celeberrimus Vir ſuas habet obſervationes ex linguâ bovis vel vituli, quæ valde ab humana differt, eas non approbamus ſententias, ſed ad hodiernorum Anatomicorum obſervationes nos convertimus.

Linguæ epidermis dicitur illa tenuiſſima, pellucida membrana, epidermidi non diſſimilis; nulla per injectionem in illa apparent vaſa; in ſuperficie interna habet multos folliculos, reſpondentes papillis, inde interna illa ſuperficies non raro reticulum vocatur, ſed quis in duas diſtincte membranas feliciter ſeparare ſuſcepit? habet multa foramina, ad exitum humorum, & ut conſciæ reddentur papillæ, illa guſtus prima orgina: perdifficile eſt hoc involucrum ob ſuam tenuitatem demonſtrare; videtur hujus membranæ uſum communem eſſe epidermidi ad defenſionem papillarum & linguæ citis; verum hac in parte ea craſſities non requiritur, quum enim papillæ in ore ab externis injuriis ſunt conſervatæ, ſed quantum tamen prodeſt, diſcitur in ſtatu præternaturali, dum caſu quôdam, vel in aphtis, ubi e lingua cadunt, papillæ nudæ redduntur, oritur ſenſus adeo exquiſitus, ut aperto ore aëris frigus nequis ferre poſſit.

Linguæ cutis, dicitur illud involucrum internum, craſſum, & robuſtum, quâ ſubſtantia linguæ fibroſa cingitur; linguæ cutis dicitur ob ſimilitudinem cutis; vi-

videamus in illa, tubercula ſive papillas & glandulas.

§. X. Dantur multæ papillæ linguæ, egregiè illas deſcripſit olim magnus ille Malphigius, eaſque in tres ordines diſtinxit; verum quarti generis papillas addimus: diſcitur, ſi impleantur vaſa, quod papillæ $\frac{2}{3}$ partes ex vaſis conſtent; verum tantum ex nervis conſtare putavit Malphigius: papillæ primi ordinis ſunt, quæ inveniuntur ad linguæ radicem in ſpeciem anguli juxta foramen linguæ, cæcum dictum, paucæ ibi ſunt poſitæ, quæ 6 vel 7 numerantur, dicuntur a Malphigio maximæ: ſecundi ordinis in dorſo linguæ ubique ſunt poſitæ: tertii ſunt etiam ubique, verum tamen inprimis ad apicem linguæ diſperſæ: præter illas ſunt papillæ quarti generis, quæ per impletionem & per optima microſcopia dignoſcuntur: ſimulque per microſcopia apparet omnes illas majores papillas ex minoribus conſtare: variæ ſunt papillarum magnitudines in variis; memor ſum me caſu fortuito coactum inſpicere os cujuſdem Matronæ, dum jam animus de lingua ſcribendi eſſet, multas in lingua quaſi nudas papillas vidi, examinabam quantum in me erat earum magnitudines, inveni majores minoreſque, ita ut majores in primum, minoreſque in ſecundum, deinde quas ad tertium ordinem adſcribere auſus fui, erant enim per totum linguæ dorſum diſperſæ, præſertim tamen in apice copioſiores eſſe vidi; cupidior examinandi, in ſpeculo meam linguam examinare ſuſcepi, eamque ejuſdem ſtructuræ eſſe vix credere potui; ubi enim prima erat planâ membranâ circumvoluta; hic contra erat membrana irregularis, multis fiſſuris, cavitatibuſque obſita; apparebant in ſuperficie externa epidermidis quaſi multa filamenta albicantia, uti in texto Heteromallo Belgice

trÿp.

trpp. ubi in prima multæ diverſæ magnitudinis egerebant papillæ oculis, nullæ hic in dorſo, verum multæ ad apicis finem homogeneæ, ſeſe oſtendebant; in hiſce me delectante, in mentem venit auribus auditum, digitiſque adnotum exemplum obſervatum a ſummo in rebus anatomicis & Chirurgicis expertiſſimo doctiſſimoque Proff. ALBINO, *quodquod enim in hiſce pagellis feliciter habeo illi Anatomicorum Principi debitâ obſervantia ſit adſcriptum*, quum Celeberrimus ille vir ob cauſam quandam examinabat os hominis vivi, invenit linguam fiſſam multis fiſſuris, quæ in minores erant diviſæ, inter quas fiſſuras poſitas vidit papillas; quidquid feci in illis fiſſuris tales papillas invenire non potui; humida erat mea lingua, verum laneâ, imo prudenter cultrô ſiccam reddidi, ſed mox ad preſtinam humiditatem redibat.

Glandulæ poſitæ ſunt ad linguæ partem poſticam, in ſe continentes humorem quemdam mucoſum, in medio enim perforatæ videntur, dicuntur folliculi etiam glandulosi, ſunt præſertim ad foramen linguæ cæcum dictum: cæcum illud deſcripſit Heiſterus in compend. pag. 146, & 149. depinxit in Tab. 4. fig. 20. G. & Tab. 8. fig. 34. A.

CA-

CAPUT SECUNDUM.

§. I.

Videamus linguæ proprias partes, uti muſculi & ligamenta; verum cùm brevitati ſtudemus, veterum in Myologiâ linguæ ſententias non aſſequemur; verum eodem ordine uti ſe habet in aureolo recente Libello ab Egregio Viro ALBINO tam egregiè conſcripto, nempe in *Hiſtoria Muſculorum*, ubi pag. 673. linguæ ſex adſcribit muſculos; ſingulum enim muſculum deſcripſit in Cap. 49. & ſequent.

§. II. Ceratogloſſi, in uno quoque linguæ latere unum, ſic & ſequentes, unde muſculorum paria dicuntur; a Græcis κερατόγλωσσι ab origine & inſertione compoſita eſt vox, nempe a græcis verbis κέρας *cornu*, & γλῶσσα *lingua*, dum habent origines a cornubus oſſis hyoïdis, & inſerunt linguæ; in operando linguam deorſum vel introrſum trahunt, & forſan os hyoïdes attollunt.

§. III. Βασιόγλωσσοι a quibusdam, par Ypſiloidem, & Hypogloſſos, a βάσις *fundamentum* & γλῶσσα videtur vox compoſita; naſcuntur illi muſculi ab inferiore baſi oſſis hyoïdis & in linguæ medio ad radicem diſinunt: cenſentur eandem actionem plane habere cum ceratogloſſis, illam partem cui adnectuntur retrorſum ad fauces movent.

§. IV. Χονδρόγλωσσοι, in antiquis Medicorum monumentis mentionem horum muſculorum factam non ſcio:

Recentiores tamen obſervaverunt parvos illos muſculos aliquando adeſſe & aliquando non: ſic audimus Valſalvam in tract. de Aure Hum. ad finem capitis ſecundi *in ipſâ linguâ chondrogloſſum muſculum à Neoterico deſcriptum, non ſemper, ſed aliquando invenio:* eadem ſunt verba Philippi Verheyen in linguæ Hiſtoriâ dicentis *ſed illud*, par nempe muſculorum, *in omnibus non reperio.* Videtur vocem eſſe compoſitam a Græcis χόνδρος *Cartilago* vel χόνδρος *Alica*, ſive cum adſpiratione *Halica*, uti Scribon. & Mercur. quod vocabulum granum in genere denotat & γλῶσσα.

Duplices ſignificationes χόνδρου horum muſculorum originem denotat, procedunt autem ex proceſſibus oſſis hyoïdis cornicula dicta, quæ cartilaginea fere ſemper inveniuntur, unde a χόνδρε *cartilagine:* vel ſecundò oriuntur ab oſſiculis oſſis hyoïdis graniformibus, quæ ſunt fines proceſſuum, unde etiam a χόνδρε *Alica* ſive *grano:* procedunt illi muſculi ad linguæ baſin, unà a Veſalio deſcripta, tria illa paria videntur, in ipſius muſculorum linguæ Hiſtoriâ Cap. 29. Verum acuratiori examine examinata diſtinctè apparent in operando, *reſpondit Actio Baſiogloſſo.*

§. V. Græcis γένειν *mentum* & γλῶσσα *lingua* quartum par muſculorum habet nomen γένειογλῶσσι, ſunt majores illi muſculi, in inferiori parte menti circa medium maxillæ inferioris nati, procedunt ad inferiorem partem linguæ: illarum fibrarum decurſus eſt diverſus unde varias dant actiones muſculi; præcipue movent linguam antrorſum, attrahunt illam extra os, trahuntque os hyoïdis ad mentum.

§. VI. Σύλογλῶσσι, ſunt muſculi Linguales quæ per pro-

proprium ſuum nomen & per compoſita verba, originem & inſertionem denotant, a Græco verbo στύλος *ſtylus* & γλῶσσα, latiores ſunt ad ortum, quem habent a proceſſibus ſtyliformibus, carnoſiores ſe expandunt ad imam linguæ partem juxta lateralem: *Linguam oblique in latus retrorſum trahit; & ſi depreſſa ſit, eodem ſimul tempore attollit. Poteſt & os Hyoïdes attollere, cum eſt ceratogloſſo continuatus: & premere membranam oris, cum Genigloſſo. Linguam, quando ſimul agit dexter & ſiniſter, dilatant.* Sunt enim illa verba expertiſſimi ALBINI.

§. VII. Linguales, muſculi illi tenues, a pleriſque Anatomicis non deſcripti, ſed ut Douglaſius memorat a Columbo dein a Spigelio linguales dictæ, ſunt muſculi, qui ſuas orignes fineſque habent in inferiori parte linguæ, ex radice procedunt, ad apicem ubique ad fines ſenſim deſinunt: Ubi agunt, linguam breviorem reddunt, & in inferiora curvant, dum & apicem in fundum oris trahunt.

Si quis videndi cupidus, diſtinctiorem Myologiam, ad illum ante memoratum aureum libellum, ubi vividiſſimis coloribus liniamentiſque depicta eſt, demonſtramus: non perſecuti ſumus antiquorum Anatomicorum dicta; unde Myloglоſſos, a Douglaſio Mylopharyngæos muſculos, non numeravimus, quum nihil aliud eſſe cenſemus quam fibras, ad Pharyngem de latere malæ inferioris natas vadentes: Videamus nunc alias proprias linguæ partes, quæ ſunt ligamenta quibus lingua aliis conectitur partibus, ſunt duo.

§. VIII. Habet lingua ligamentum frænum, frenulumque dictum, eſt quippe vinculum membranaceum ab

inferiori parte linguæ inter binas venas raninas hærens, & ad mentum & dentes anteriores maxillæ inferioris procedens, unde linguam quaſi mento & dentibus conjungit; illius membranæ officium eſt, linguam ſtabilem retinere, ne nimis huc ac illuc vel antrorſum ad inferiora protraheretur: ſuâ vero laxitate linguæ motus non impedit.

Uſum iſtius vinculi linguæ refrenandæ inſervire autumant Scriptores, ſic Riolanus Lib. 4. Anthopogr. Cap. 8. ait, *ſummopere conſiderandum, linguæ tantum atque pudendis frænulum indidiſſe naturam, quoniam in his potiſſimum organis voluit homines eſſe modeſtos.*

§. IX. Ligamentum alterum, ſive ſecundum, eſt membranoſum ligamentum, quô linguæ baſis connectitur aliis partibus; videamus quibus, a parte poſteriori ad baſin connectitur oſſe hyoïde, laryngi, & pharyngi per hoc ligamentum; & per frænum ſive frenulum a parte inferiori cum maxillâ inferiori; dum & per muſculos, arterias, venas & nervos ſtricte connectitur. Optati finis cupidi, brevitatis cauſa, de oſſe hyoïde quod a Græcis ob literarum υ, λ ſimilitudinem, & εἶδος *forma*, dicitur ὑοειδὲς, ὑψιλοειδὲς, λαμβδοειδὲς, latinis os bicorne, linguæ, gutturis, & gulæ: nec de laryngi a Galeno λάρυγξ, ab aliis Βρόγχος, τραχεῖα ἀρτηρία: proprium, dicit Fabricius ab aqua pend. in opere ſuo Anatomico pag. 268, vocabulum eſt Galeni λάρυγξ, latinis guttur, aſperæ arteriæ caput: neque de pharynge φάρυγξ, Ἀρφάραγος, Βρο-χὸς, ſuperior pars æſophagi, faucis; verbum non proferamus.

Videamus nunc linguæ morbos, ad quos curandos illius

illius Linguæ ſtructuræ cognitio requiritur, ergo ad tertium caput tranſimus.

CAPUT TERTIUM.

§. I.

Dixit ſummus Boerhavius morbum ſanitatis, vel ſtatus ſani eſſe læſionem: Sanitas eſt illa facultas exercendarum omnium actionum vel homini, vel parti alicui propriarum, cum facultate, oblectamento, & quadam conſtantia: *perfecte ſanum, in quo nec in fluidis nec in ſolidis, nec in motu fluidorum per canales ſolidos, deficeret nihil, invenire forte arduum foret:* dicit in Comment. Hermanni Boerhave, magnus ille medicus & per experientiam edoctus van Zwieten, ad §. 1. ſana lingua erit, quæ nullâ abſtinentiâ requiſiti, & præſentiâ deſtruentis, nec in ſolidis, nec in fluidis occupatur, verum quæ valet ſuas naturales & animales actiones rite & legitime exercere; ſtatus illi contrarius erit morbus: linguæ morbi ſunt proprii, accidentes, vel communes: Nunc de morbis linguæ propriis in ſua ſubſtantia vel in partibus ſuis diſcernendum.

§. II. In ſubſtantiâ peccat lingua ſi nimis magna vel parva eſt: de præternaturali linguæ magnitudine ſcripſerunt veteres, inter illos denominavit Blazius in Viſlingii commentariis, Galenum, Cammerarium, Zacutum & alios: Veſalius linguæ præternaturalem magnitudinem adſcribit; Bonetus depinxit Hannemanni, Hiſtoriam;

Anno 1682, *Hofmaniæ in Suedia fœmina preperit fœtum, cui lingua ex ore inſtar canis venenatici propendebat, quam, abſciſſa ſuperflua parte, rite formavit Chirurgus, & vulnus conſolidavit.* Summam & adorandam Dei Bonitatem, in curatione, ſine nullis Chirurgicis operationibus, ſæpe numero narrantem, dum in vivis eſſet, Chariſſimam, aſt repentâ morte mihi abruptam, Matrem audivi: nullo autem caſu quum gravida eſſet magis perterritam fuiſſe ſeſe ſciebat, niſi quum morbus ille perniſioſus aggravaſſet, appetitio nempe gravidarum, ut quodam ipſi cancro propoſito, licet cibus ſaltem nec prætioſus, nec rarus in noſtra Patria, appetitioni gravidæ Matris ſatisfactum fuiſſet, utut iſti cupidini ſeſe credere non auſa fuit, eodemque tempore plus ſemel attigit extremo digito linguam; domum reverſa nullum hujus cupiditatis veſtigium ſenſit; Filia feliciter in lucem edita, lingua ruberrimô colore, nec lata nec craſſa, verum valde ſpiſſa ultra mentum propendebat, quum infans nec ſugere neque facile diglutire potuit: triſtis mea Mater auxilium medicorum petiit, ſed nullum ab illis impetravit; verum lingua perſpecta, eandem de die in diem deſcreſcentem viderunt, ita ut quartam decimam poſt diem jam in naturali propemodum erat ſtatu; deinde ad octavum, ſine ullo linguæ incommodo, annum, vitæ halitum feliciter ſpiravit Soror mea.

Subſcribimus breviter, quod quotidie videre licuit: eſt vel fuit in hocce Athenæo quædam ancilla, cujus lingua ex ore ad os ſternum uſque deſcendebat, mire & fletu dignum illud naturæ monſtrum, ſemper adcreſcebat; ne enim obviatores perterrerentur

in

in receptaculo argenteo ferebat, & ſic vitam triſtem agebat; an equidem in hiſce, medicamenta, vel abſciſſiones, ut Bonetus dixit, præſtarent, morbique gravamina abſolverent? non credere facile poſſumus; neque in *illis medicinam felicem miraculorum effectricem* appellare auſi ſumus.

§. III. De minima linguæ magnitudine, rarò, neque ullum exemplum apud Autores me inveniſſe ſcio, verum tamen *Balbutiei cauſa* dicit Bonet· Polyat. Tom. 1. pag. 1079. Narrat Horſtius, *Filium Secretarii illuſtriſſimi Ducis Bruſuiſenſis laborabat unà cum fratre variolis, linguamque plane adſumptam ad radicem uſque ſe inveniſſe ſcribit*: illum puerum *ſemeſtri poſt, in aulam reverſum* vidit. *iterum ſatis expedite loquenquentem, ore aperto linguam integram, quæ de novo creverat, ſed paulo minorem ſe invenire* dicit; addit, *quæ hodie annis circiter tribus ad juxtam magnitudinem perveniſſe dicitur*. tom III. 123. Sed an revera ſunt facta, non affirmamus; Verum valde dubitamus, an corpuſculum tam mirificiſſime conſtructum, eundem fibrarum ordinem, eoſque muſculos, nervos, arterias, venas & ſimilia requiſita, a novo adquiſiverit.

§. IV. In partibus propriis ægrotat lingua, nempe in frenulo, quod in quibuſdam totam alligat linguam; infantes ſugendo non aptos, & ætate provectos, balbutientes reddit: iſti jam in tenella ætate Chirurgicorum operationes requirunt; quæ prudenter peragendæ ſunt a peritis, ne hæmorhagia, per arteriarum, ſive venarum læſionem, oriatur, & per nervorum defectionem lingua vel tota vel ſemiparalitica red-

redderetur; neque convulſiones, inflammationes, aut ſimilia: quam audaces ſint obſtetrices, & peſſimi earum mores quum frenulum unguibus divellant, docent Hiſtoriæ; quarum Fabricius ab aq. pend unam refert, in ſuis operationibus Chirurg. Cap. 36. in tertiâ linguæ operatione, dicit ibi, *admonitos vos velim de obſtetricum tenuitate, quæ, paſſim in quocumque naſcente ungue, quem paratum, & acutum ad id perpetuo geſtant, incidunt ſub eorum lingua ligamentum, quod opus niſi præſtarent, poſſe loqui infantem, nequaquam credere poſſunt; quaſi vero natura, O! admirabilem*, addit Schultetus eandem ubi denarrat Fabricii Hiſtoriam, (*& obſtetricum fere omnium nondum ſatis deploratam*) *inſcitiam; non poſſet homo qui locutionem tanquam ſibi propriam actionem obtinet, ſine unius fatuæ mulierculæ opera, quæ ipſi auxilietur & præſidio ſit:* porro dicit, *vidi infantem nuper natum, qui neque plorabat, neque*, deſcriptas Servabimus vices operumque colores, *quicquam moleſtum forte perſentiebat*, verum hic dicit Schultetus, *nequicquam moleſtum perſentiebat*, omiſit illam particulam *forte*: pergit Fabricius, *cum vero obſtetrix abſcidit ungue, ſub lingua frenulum ſtatim ex dolore ploravit:* horrenda enarrat in ſequentibus ſymptomata, tandemque addit, *propterquam cauſam ſæpe numero moriantur:* rejiciens culpam *in veram obſtetricis cauſam: vos igitur* omnî quaſi aviditate dicit, *admoneo, ut præcipiatis, ne obſtetrices filios, prolemque veſtram, aut aliorum attingant.* Similem denarrat Schultetus Hiſtoriam in obſerv. trigeſima.

Sed ſi vinculum nimis ſit conſtrictum, *quod ex centum millibus vix unus naſcatur cum hoc ligamento*; *quod Chirurgiam poſtulet nihil inter eſt*, dicit Fabricius in

eadem

eadem ante memorata Hiſtoria, deſcindendi methodum *Scalpello*, & curationi requiſita paucis addit verbis: de linguæ adſtrictione ubi agit Sennertus dicit, *lingua ſenſim elevanda eſt*, *&* *forcipe acutâ frænum, quantum, opus, diſcindendum, cavendo ne venæ ſub lingua lædantur.* deſcripſit Schultetus duo requiſita ad illam operationem inſtrumenta pag. 14. *inſtrumentum argenteum* quod deliniavit in Tab. 9. fig. 9. Edit. A°. 1742. alterum inſtrumentnm nempe forfex, dicit enim pag. 87. *attollitur enim lingua argento elevatorio, & vinculum nimis ſtrictum, forfice inciditur:* Magnus ille Heiſterus in ſuo perelegante libro primo cap. 88., in eâdem cum Fabricio videtur ſententiâ, inter multa, tandem addit *hoc vitium longe rarius occurrere quam labia leporina:* operationem breviter deſcripſit unô inſtrumentô *ſcilicet extrema lingua vel per ambitum linteolium, ne facile e digitis rurſus elabatur, comprehendi, forfice apicibus obtuſis vel ſcalpello inciditur, quantum quidem ad ſugendi loquendique facultatem ſufficit.* de deliniavit Tab. XXI.

Ab illa operatione videtur illud commune proverbium dum homines, uti Demades, loquaces ſunt, de quo enim Antipater docuit *ipſi nihil relictum niſi linguam*; verum quum & valde edens erat, addit, *& ſtomachum: dicitur enim*, **Hy is wel van de tongriem geſneen.**

§. V. Accidentes linguæ morbi tamen illi proprii ſunt Aphonia, balbuties vel blæſa, ranula, & guſtus læſio; videamus de ſingulis breviter.

§. VI. Ἀφωνία vocis ſuppreſſio; non ſolum eſt linguæ, ſed & loquelæ eſt vitium: adſcribit, *Aphoniæ cauſas vitio ſpirituum vel nervorum, ob ea quæ ad vocem*

D *eden-*

edendam ſunt neceſſaria; qualia ſunt larynx & lingua & motum illorum adjuvantes muſculi. D. Sennert; in oper. tom. 1. pag. 530. per alios morbos, & quidem *ex variolis in puella, trium annorum aphoniam ſolutam & loquelam auxiliante Deo, reſtituiſſe* in iiſdem paginis ſcripſit: ſic a ſuppreſſione menſium in tom. 11. cap. 14. pag. 8. 9. *hinc convulſiones ad quaſdam partes, inter quas præcipue ſolet lingua apprehendi, & aphonia fieri;* tamen non raro a nativitate homines aphonia laborare ſcimus: hiſce quidem feriis familiariter cum fatre ſororeque converſatus ſum, ab utero mutis & ſurdis; nulla verò in manducatione, neque in deglutitione incommoda illos oppugnare vidi; quodam caſu protulit linguam Dominus citiſſime; lingua liberrima mihi arridebat, verum tamen nullum ſonum eum procreaſſe audivi, quotiescunque quidem geſtibus confabulabamur: ipſius ſororem aliquaudo protuliſſe ingratum & abruptum ſonum inarticulatum audivi, præſertim dum maximæ erant animæ affectiones: ſuis in villis ſerenam degentes vitam, illos videndi cupidus, conveniebam, quum & illa, primo adſpectu, gaudium nuncupare volebat, ingratum effecit ſonum: ſed eo momento obſervavi ſoni intervalla oriri ab inſpiratione: quum interim manibus maxillâ inferiori, imo labiisque in iiſdem pergebat actionibus

Labra movet, veris non verberat aëra verbis.

Accuratius honoris, reverentiæque gratia examinare non potui.

§. VI. Balbuties, vel blæſitas, blæſaque lingua a Græcis ἰσχνοφωνία, τραυλότης, ψελλότης, dicitur in omni gene-

genere, linguæ impedimentum, vel inpotentia exprimendi quandam literam uti R. vel omittere literam vel ſyllabam; ſic & inpotentes redduntur, unam alteri alligare ſyllabam, ut dicit Poëta

Balba valet ſponſum cum diceret, inquit; apud nos
Spero futu-tu-rum te Phi-Philippe brevi.

cauſa hujus proxima a linguæ freni adſtrictione; immodica ſiccitate, nimia humiditate; dicit Sennertus *malum interdum dependet a Linguæ, & ejus muſculorum mala conformatione, denique ob defectum dentium, quod experimenta docent.* Tom. I. p. 530. Curatio difficillima; multa dat Reverius remedia; ſed ſi a nativitate, balbitiunt ſero medicina paratur:
Dantur adhuc Balbutientes

Qui curios ſimulant & Bacchanalia vivunt.

Verum curatio hic levis, curantur abſtinentiâ vini & quietë ſive ſomno.

§. VIII. Βάτραχος latinis Ranula linguæ, rana &c. eſt præternaturalis tumor ad linguæ inferiorem partem in vinculo hærens, in ſe continens *mucum ovi albuminis colore & conſiſtentia ſimilem, nonnunquam tamen & colore citrino, dicit* Sennert. Lib. I. Pars III. Sect. V. hujus ranulæ cauſas deſcripſit Diemerbrokius in Anat. Lib. III. pag. 434. Hiſtoriam denarrat in Diſput. Pract. de morbis capitis, &c. Hiſt. 24. a Boneto 44. dictâ, qui enim in omnibus cum Diemerbrokio convenit; ibi & deſcribunt curationem ranulæ, vel per re-

D 2 media

media vel per operationes chirurgicas: accuratiſſime autem pertractavit omni fide dignus Heiſterus in inſtit. Chirurg. Cap. 89.

Ad miram longitudinem ſæpe procedit ille tumor: duæ ranulæ extra os pendentes videre mihi obvenerunt, in arte Medicâ licet minime perito; in initio verò temporis, dum in Pharmaceuticis operam per quatuor annorum ſpatium dabam, duce in practicis filiciſſimo Pharmacopolo Arnoldo de Bock, viro omni amore & honore digno, innumerabilia ob beneficia.

Hæc erunt ſemper mihi imis in fixa medullis
Perpetuuſque animi debitor hujus ero.
Spiritus & vacuas prius hic tenuandus in auras
Ibit, & in tepido deſeret oſſa rogo;
Quam ſubiant animo meritorum oblivia noſtro
Et longa pietas excitat iſta Die.

quas ranulas feliciter, ſine ulla plebothomia curavit.

§. VIII. Guſtus læſio inter Linguæ morbos nominatur: cauſæ ſunt ſpirituum nervorum, papillarum, aliarum ſolidarum & fluidarum partium malæ conſtitutiones, ſunt morborum Symptomata; de hiſce plura dicit H. Boerhave §. 854.

§. IX. Communes linguæ morbi aliis cum partibus ſunt degenerationes lapillorum, inflammationes, ſchirri, ulcera & ſimilia alia.

§. X. Lapilli in lingua geniti, non raro inveniuntur, dicit enim Bonet. in Theſ. Lib. II. Cap. 50. *rara eventus non ſunt exempla; ſed & ante quadriennium*

exem-

exemptum ſcio lapillum nucis pineæ magnitudine Dom. Regi mercatori genenſi viro pituitoſi temperamenti: multis ad diſcuſſionem tumoris uſus erat remediis: ſed cum lapidea durities attactu deprehenderetur ferro apperiri partem paſſus eſt. Minoris magnitudinis genitos in linguæ cujuſdam fœminæ lapillos vidi in utiliſſimo collegio Caſual. Eruditiſſimi nunquam non ſatis Laudati Viri H. O. Schagt.

§. XI. Verum alios linguæ morbos, & quod de iis eſſet dicendum, ſilentiô, ne longius excurrat diſſertatio, prætermittamus; nullus enim, quam morbos denominare, nullo modo cauſas, curationes, & naturas morborum, aliisperagendi fuit ſcopus; ergo illis ſatisfeciſſe credimus: ideo ad ſecundam hujus diſſertationis partem, nempe ad uſum, oculos animoſque convertemus.

CAPUT QUARTUM.

§. I.

Quid juvat aſpectus ſi non conſeditur uſus. Quid juvaret Organi hujus cognitio, & aſpectus; ſi enim non valeret in uſum; videamus communem propriumque linguæ Uſum.

§. II. Communis hominis linguæ uſus, cum animalibus eſt quoad nutritionem; nutritio vocatur ubi in eodem ſtatu corpus conſervatur, dum nec corpus decreſcit, nec creſcit, in homine provectæ ætatis; media quibus corpus nutritur, ſunt alimenta, quæ ſunt

vel potulenta vel eſculenta; potulenta enim ſunt illa fluidiſſima, quæ in tenere ætate requiruntur; ſunt lac maternum aliaque fluida; eſculenta ſunt ſolidiora corpora, aliquando dura, tenacia, ſicca. Videamus in ſingulis requiſitam linguæ utilitatem, actiones quibus aſſumuntur alimenta, ſunt reſpectu potulentorum & eſculentotum communes, vel propriæ.

§. III. Diglutitio, communis illa actio, eſt, quâ retenta in ore ad Æſophagum tranſire coguntur, ut per Æſophagum ſuîs gravitatîbus deſcenderent in ventriculum; in illa diglutitione non nimis adjuvat lingua, agit enim eo modo, quod ſuum apicem ad palatum ſuperius dentiumque radices adducat, ſe in omnibus punctis tam exacte explicans, ut, ne gutta quidem in cavitatem maxillæ inferioris cadere poſſit; deinde ſuum dorſum magis magiſque attollit ad palatum, unde corpora ad infimam partem ſive radicem coguntur, poſtea ſuorum muſculorum ope detrahit ſuam radicem ad inferiora; eo vero tempore palatum molle aliquantum deſcendere videtur; ex illis apparet linguam, diglutitionis primas inter cauſas eſſe requiſitam; quæ plura de diglutitione erant dicenda, pereleganter inveniuntur in illa doctiſſima diſſertatione a Sagaciſſimo Viro Juvini Domino Fred. Bern. Albino A. L. M. & M. D.

§. IV. Proprias linguæ actiones videbimus primo quo ad potulenta in ſugendo & bibendo: in ſugendo, agit lingua, dum papilla mammæ ab omnibus partibus conſtringetur, ita ut per minima foramina nullus aër tranſeat, qui eodem tempore nec per nares admittitur; ea vero premit & retro premit

ali-

aliquantum papillam, ſuum autem apicem applicat ad papillæ foramen, qui in vi adtractionis ab illo recedit.

Quantum in ſugendo valet lingua, docet, quamquam rarus, ille eventus, quum lingua nimis conſtricta eſt frænulo.

In bibendo enim lingua non multum adjuvare videtur*, niſi quod retineat fluida ne in inferiora cadant, uti diximus in diglutitione.

§. V. Eſculenta requirunt manducationem, quæ eſt illa actio, quâ corpora, dentibus inciſoribus ſcinduntur, per morales minuuntur; fit tum maxilla inferior, dentium fundamentum, ad ſuperiora, vî præſtantiori reſiſtentia & duritie ſolidorum corporum, huc & illuc ſe movet: requiruntur in illa primo, ut corpora ſupra dentes ſuſtentantur; ſecundo ut ab inciſoribus dentibus ad molares ducantur; in binis enim præſtat lingua, buccinatores illa retinent corpora ne intra buccam & dentes cadant, ſic & lingua illa retinet ne in cavitatem oris cadere poſſint; non ſolum ſuſtinet corpora ſed ab inciſoribus ad mollares vehit & ſupra dentes illa ponit, ſic ab una in alteram vero partem lateralem oris deducit, deinde ad ſuam baſin adducit; in manducatione dant humorem glandulæ linguales, qui humor ſicca corpora humida reddere adjuvat; præſtantiorem enim linguæ utilitatem quam dentium docent Decrepiti, qui dum carent dentibus dura corpora manducant; verum ſine linguâ manducationem non procedere, docuit in homine exemplum, cujus lingua ad radicem uſque erat exulcerata.

§. VI. Proprios habet lingua uſus reſpectu quidem

dem hominis; eos in duas dividimus claſſes, nempe primo, ut homini ipſi præſtet uſus, dein & aliis: præſtat enim homini, in expuendo, dentes purgando, præcipue vero in guſtando.

§. VII. In expuendo agit lingua, quod, quidquid homo expuere vult ſuâ linguâ ad anteriores partes oris ducat, ibi vero retineat, uſque dum per aëris percuſſionem ejicitur.

§. VIII. Suô enim apicê purgat lingua dentes, ita ut, ea, quæ in molaribus ſunt, aliis vero dentibus oriſque partibus adhærent, deponat, ſuôque apice dignoſcat, an ſint deglutienda? vel expuenda?

§. IX. In guſtando nobiliorem videtur habere uſum; quantum poſſimus tamen breviter exponendum; guſtus dicet Horſtius *eſt illa ſentientis animæ facultas, quæ ſapores in corpore ſapido per linguam percipit*; verum quod ad nos; dicimus guſtum eſſe ſpeciem tactus, ſubtiliorem, quâ naturam corporum exploramus, ut partim eâ delectemus, partim utilia & perniciosa diſcernamus.

Guſtum homines delectare, per experientiam unuſquiſque doctus facile probabit; imo non raro homines luxurioſos reddere; dicit de guſtu Poëta.

Quo vis ut guſtus major ſit in ore voluptas,
Hoc tibi conſtabit pluris, emenda ſame.

Narrant Suetonius & Tacitus de Aulio vetellio Imperatore, luxurioſum illum, nullum ornaſſe convivium niſi prodiret trecies mille florenorum ſumptu; Utilis eſt guſtus, dum eô dignoſcat homo utilia & pernicioſa denar-

narrantem Celeb. Proff. Albinum Hiſtoriam de homine imprudenti, audivi, qui cum pulcherrimum mercurii ſublimati fruſtulum videbat, ſaccharum eſſe putans, in ore poſuit, ſed male affectâ linguâ ut expueret monebatur, & certe ſi diglutiviſſet læthale fuiſſet ipſi fatum.

§. X. Videamus quid in guſtu præſtat lingua, jam Antiqui docuerunt Scriptores, linguam eſſe guſtus organum, *Sapido*, ubi de guſtu agit, *percipitur per linguam* dicit Horſtius, egregius Hoffman: in Lib. 2. ſect. 3. Cap: 5. §. 10. *guſtus organum præbet lingua.*

Negamus homines per ſubſtantiam linguæ carnoſam, neque per membranas, nec per glandulas guſtare: de quibus egregiè ſcripſit Bellinus in tract. de guſtus Organo Cap. 9. 10. & inſeq. eodem fere calamo pertractavit rem Diemerb. in Lib. 3. Cap. 24.

§. XI. Sunt ſcriptores, qui guſtus per papillas fieri affirmant; ſed ſimul ponunt tales papillas in ſuperficiê buccarum & labiorum eſſe inventas, quibus homo guſtare poteſt; verum accuratiori examine adhibito nullæ deteguntur ibi papillæ, ſed quædam filamenta, imo non deſunt Docti, qui dubitant, num ſuperficies, maximâ partê ex vaſis exhalantibus conſtet?

Deſcripſit clare linguæ papillas eſſe guſtus organa Bellinus, ſuiſque experimentis confirmavit; dicit enim *tandem vero poſtquam diligentiori indagine nerveam papillarum naturam ſtructurarumque recenſitam, adeo per-*

fectam habuimus, ut nihil jam ſuper eſſe videtur, quod ea de re in controverſam merito revocari poſſet. in amicorum linguis, & quum ſuæ Sententiæ ipſe teſtis eſſe voluit, propriâ in ſuâ linguâ, capiebat experimenta, *ex quibus obſervationibus*, tandem concludit, *ejuſmodi papillas eſſe inſtrumentum gaſtricis potentiæ.* adſcribit Doctiſſimus Hoffmanus in §. 12. Lib. 1. ſect. 3. cap. 5. *guſtus ſedes papillis nerveis.*

In dorſo quidem linguæ, verum præcipue ad extremum apicis ambitum ſunt papillarum ſedes, ut enim exploraret corpora antequam in os ingeruntur.

§. XII. Videamus nunc quomodo per papillas guſtamus; nequaquam guſtare poſſumus niſi papillæ ab aſſumptis afficiantur; verum nudæ non ſunt papillæ, ſed membranâ, epiderimide dedicta, ſunt cinctæ: de quibus enim egimus in membranarum deſcriptione, ibi enim apparebat illa membrana pertuſa, per multa millena innumerabiliaque foramina, per qua papillæ afficiuntur liquidiſſimæ: quum autem aſſumpta non ſunt eadem tenuitatê ut per foramina ad papillas pervinere poſſunt, diſſolvuntur in menſtruo quodam aquoſo, vel in rore, quem habet lingua ex ſubtiliſſimis papillarum vaſculis, illa nunc diſſoluta papillas afficiunt: uti per injectiones apparent in ommibus papillarum punctis, arteriæ & venæ; ſic concludere poſſumus in omnibus illis punctis, nervos, qui arteriarum venarumque ſemper ſunt comites, difinire; quia in minimis papillarum partibus guſtaret homo: nervi enim ſunt media vel internuncii qui mentum quaſi conſciuum reddunt.

Ubi

Ubi enim lingua eſt nimis arida ibi non diſtincte guſtamus.

Videamus nunc paucis diverſitatis ſaporis rationem; duplex illa eſt cauſa: primo ſtatu papillarum, deinde humorum, quoad papillas diverſus eſt ſapor, tenerrimæ enim ſunt papillæ infantibus, ætate occaleſcunt, inde pueri amant grata, dulcia, adultiores vero acriora: ſic quæ in juventute amavimus, in provectiori ætate non placebunt. ſecundo quoad humomores differt guſtus, præcipue enim in morbis, ubi depravati ſunt humores, unde quæ antea amantiſſima & dulciſſima eo tempore ſunt ingrata & amara.

Hucuſque pertractavimus linguæ communem propriumque uſum, reſtat nunc ut dicamus quantum illud organum aliis præſtet.

§. XIII. Duplex & Uſus quô & aliis hominique ipſi præſtat nempe in morbis, & loquelâ; in morbis de ſtatu ægrorum docet medicum, quod enim ad curationem requiritur. in inſtit. med. Lib. 3. p. 1. Sect. 4. cap. 16. dicit Sennertus *diligens tamen medicus in urina & pulſibus non plane ſubſiſtit; ſed & ſudores, ſpiritum,* LINGUAM, *& alia conſiderat: lingua plurima & certa ſatis, præcipue in febribus, ſigna exhibet, ita ut morbi natura, & multatio ex lingua ſæpe non minus quam ex urina cognoſci poſſit.* Deſcribere pergit linguæ conſtitutionem naturalem, deinde deſtruentes cauſas; poſtea quid colores denotant, tandemque ſapores, qui humorum ſtatum in corpore denotant *a bile amarus, a pituita dulcis, a ſalſa & ab acri humore acutus.* Sic Proſp. Alpinus de præſ. vita & morte Cap. 9. dicit linguæ *inſpe-*

ctio in acutis morbis, ita utiliter obſervatur, ut non parvam in quibuſdam ægrotis partem præſagii habeat: quid in morbis colores, mollities, ſiccitas & alia denotant in eodem capite deſcribit; multa habet Duretus in comment. in coacas Hippocratis cap. 6. N. 1-6.

Dicit Barchuyſen in collect. med: pract: gener: 9. §. 10. *Prothus Caſilanus, compoſuit librum, in quo egit de ſignis linguæ omnifariam affectæ: ſed ait, ad rem. linguam jubet inſpiciendam, quæ nullo aſſumptarum rerum colore infecta ſit, quæ nec abluendo, neq; detergendo ab immunditie depurgata:* in eodem capite, ut & alii Scriptores, quid præternaturalis ſtatus denotat, in §. 9. & 10. pagina 365. ad paginam 370.

§. XIV. Non ſolum in morbis inſpiciendam habuerunt medici; verum in angina non raro venæ ſectionem in venis rarinis inſtituerunt; quod quidem deprobamus cum doctiſſimo Hoffmanno, qui dicit Tom. II. Sect. II. Cap. IV. pag. 127. *Plurimi enim Sectionem venarum in angina ſublingualem ſuadent, quam alii rejiciunt, quia ſi non fiat ſufficiens appertio, parum ſanguinem effluat, ſi vero amplum foramen, hæmorrhagia ſequatur non raro lethalis.*

§. XV. Denique videmus linguæ præſtantiſſimum uſum in ſermone, cujus finis eſſe debet Gloria Dei, utilitas & ædificatio auditorum, & ut aliis animi noſtri cogitationes revelemus. Dicit Horatius in arte Poët.

Poſt offert animi motus interprete lingua.

§. XV.

§. XV. Dicitur lingua præcipuum ſermonis inſtrumentum; verum tamen ſtatuerunt Scriptores homines ſine linguis locutos fuiſſe: habemus in commentariis Viſlingii Cap. 11. PATINUM *vidiſſe in Urbe Pariſienſi adoleſcentem quendam pictavienſem, cui lingua exciderat a variolarum malignitate corrupta & exeſa, qui tamen loquebatur articulataſque voces proferebat circa annum* 1631. Fere eandem denarrat Sennertus Hiſtoriam Lib. II. Sect. 18. pag. 470. & ſeq., ſed an revera? non affirmamus: ſic etiam ſcripſit in Romanum μεγαλομάτυρα Chryſoſtomus, evulſâ linguâ, matyres locutos fuiſſe ſuumque Deum celebraſſe: ſe oculatum teſtem fuiſſe ſcripſit Æneas Gazæus in Theophraſto pag. 48. *ipſe ego*, ait, *hos viros vidi, loquentes audivi, & vocem adeo articulatam eſſe poſſe ſum miratus, inſtrumentumque vocis quæſivi: cùm verò auribus non crederem oculis judicium commiſi & aperto ore linguam totam radicitis evulſam vidi.*

Videntur Paradoxa, & ſi vera, adorandæ Dei majeſtatis ſunt ſigna; quâ aſina Bilhami fuit locuta, uti legitur Numer. Cap. 22. vſ. 28. *aperuit autem* Jehova *os aſinæ; quæ dixit Bilhamo, quid feci tibi, quod percuſſiſti me iam ter?* v. 30. *nonne aſina tua ſum, qua vehi ſoles ex quo tua fui uſque in diem hunc? an ſolita fui unquam tibi tale facere?* non hinnitus vero articulatæ videntur voces; dixit de illa enim Petrus II Epiſtola Cap. 2. vſ. 16. *nam ſubjungis aſina muta, humana voce loquuta, inhibuit Prophetæ dementiam.*

§. XVI. Videamus quantum valet lingua in ſermone: ſermo dicitur, ille ſonus articulatus, quô homo

aliis nunciat ſui animi cogitationes, clare & diſtincte; conſtat ſermo ex vocibus, voces ex ſyllabis, ſyllaba ex Hiſtoriarum cuſtodibus ſive literis: quod in ſermone lingua requiritur, diſcitur ab illo diſticho

Ter tria ſermonem, dant guttur lingua palatum
Bis bini dentes motaque labra duo.

dicit Tullius in Lib. 2. de natur. Deor. *in ore ſita lingua eſt finita dentibus, ea vocem immoderate profuſam fingit & terminat: quæ ſonos vocis diſtinctos & preſſos efficit, cum & ad dentes, & ad alias partes, pellit, oris. Itaque plectri ſimilem linguam noſtri ſolent dicere, chordarum dentes, nares cornibus, iis qui a nervis reſonent in cantibus.*

Diſcitur præſertim ex ſermonis dictîs: ſermo enim vox, & ſyllaba conſtant ex literis, literæ nunc, ſunt dentales, labiales, *linguales*, gutturales, ſunt qui addunt naſales: ſed & lingua non parum inſervit pronunciationi literarum: ubi negat Amman os & linguam eſſe ſola loquelæ organa, tamen dicit *lingua* eſt *organorum omnium Princeps.*

Per ſuos diverſos & voluntorios motus, aërem flagellat lingua, ſonum derigit, conformat literas; dixit J. Wallis in ſonorum formatione, *poſtquam ſpiritus*, aër nempe, *extra laryngem pervenit, & naribus, ore, linguâ, labiis fere tota perficitur; diverſarum literarum formatio tum incipit*: in diſſertatione de loquelâ Amman pag. 36. *tandem in motum oſcillatorium adigi poteſt* lingua: *hiſce diverſis ſuis motibus vocem & ſpiritum per nares*

res vel per os, vel pleno alveo vel exili radio, vel continuo filo vel momentanea cum exploſione ſive inter ipſam & palatum, ſive inter latera ipſius & genas, ſive denique inter dentes exire determinat.

Verum ne in illis eſſemus tædioſi, prudentes omittemus, quas omnibus artis coloribus depixerunt in ſonorum formatione J. Wallis; in diſſertatione de loquela J. Coenrad. Amman & in anatomicis operibus Cap. 9. de Locutione H. Fabricius ab aq. pend. in inſtat. Med. ſummus Boerhavius de voce &c. §. 626.

En Benevole Lector, O! utinam bono animo accipias, parvam partem Μικρόκοσμȣ, pulcherrimæ τȣ̃ Μακρόκοσμȣ picturæ, quantum poſſimus explicatam: videtis ex illis datam eſſe linguam a SUMMO NUMINE ad diverſos uſus, nempe ad diglutiendum, manducandum guſtandum & ad loquendum, honorem & laudem benigniſſimi Dei pronunciandum, inde a Judæis lingua CAVOOD, ideſt, gloria dicta, uti ſacra nobis docet pagina ſic apud Geneſ. Cap. XLIX. ℣. 6. *in cætum eorum adunator gloria mea.* in Pſalmo XVI. ℣. 9. *idcirco lætatur animus meus & exultat gloria.* Sic Pſalmo XXX. ℣. 13. *ut Pſallat tibi gloria* & Pſalmo LVII. ℣. 9. *evigila gloria mea.* Summo enim cum jure dicitur lingua gloria; primo reſpectu Dei, dum oculis perluſtramus linguam, opus illud phrygicum ex tot & tantis fibris, arteriis, venis &c. eſſe confectam, & ad loquendi uſum datam, inſtar gloriationis inſtrumenti, viſuri ſumus: teſtantur & Davidis verba, in Pſalmo CXXXIX. ℣. 14, 15. *Celebro te eò quod ſuſpiciendis operibus iſtis in admira-*

mirationem traducor : celebro mirabilia opera tua quam maxime movit animus meus. non celata eſt vis mea tibi; ex quo ſum in abdito , artifiſcoſe, confectus, veluti opere phrygico *in imis partibus terræ :* ſed ſecundo reſpectu hominis, non ſolum eſt gloriationis inſtrumentum, verum ejus Gloria, nam in illis diſtincti ſumus ab animalibus ratione & oratione, dicitur inde homo ζῶν λογικόν, & lingua λογικὸν ὄργανον; dicit enim Cicero *naturam tribus præſidus hominem armaſſe ingenio , ad inventionem neceſſariorum : ſermone ad auxilium ,* per vocem & ſermonem enim petimus, quæ deſunt; diſcimus quæ neſcimus; jubemus quæ fieri volumus; indicamus quæ communicari volumus: *manibus ad perfectionem omnium eorum, quæ vel ingenio ex cogitaſſet, vel ſermone ab aliis didiciſſet.*

Sed & per linguam, tamquam primus ſermonis finis gloriam & Dei honorem pronunciamus, inde dixit Chryſoſtomus Homil. LXVII. Γλῶσσα ἐδόθη ἵνα εὐφημῆς, ἵνα ὑμνῆς τὸν ποιητήν. *Lingua data eſt ut celebres atque laudes Creatorem & Opificem.* quod etiam apparet e Pſalmo 35. v. 28, *& lingua mea enunciabit juſtitiam toto die laudem tuam.* Sic Pſalmo 71. v. 23. *& cantabunt labia quando Pſallam tibi & anima mea quantum redemeris, etiam lingua mea quotidie enunciabit juſtitiam tuam.* Sic Jacobum in epiſtola ſua cap. 3. v. 9. dicere audimus, *per ipſam* linguam, *benedicimus Domino Patri.*

Ex dictis videtur lingua optimum organum, & verum ; ſed tamen eſt ſimul peſſimum , enim depinxit Jacobus in eodem capite & verſu *per ipſam malidicimus filiis hominis qui ad ſimilitudinem Dei facti ſunt:* in

ANNEXA.

I.

In angina venæ ſectio in venis raninis non eſt inſtituenda.

II.

In morbis lingua eſt inſpicienda.

III.

Lingua ſuos motus habere ab influxu ſpiritus nervorum cenſemus.

IV.

Nervos eſſe concavos ratio ſuadet.

V.

Adoptatus medicinæ finis eſt ſanitas.

TER BEVORDERINGE

VAN DEN HEERE,

JOAN CORNELISSEN DEN EBO,

Tot Geneesheer.

Het groot heel-al is ons een boek nooit uitgelezen,
't Vertoont op yder blad de wysheid en de magt
Des Scheppers, die het heeft uit niet eerſt voortgebragt;
Die 't yder ogenblik beſtuert en houd in wezen:
't Gezigt ſchiet veel te kort om alles in het grof,
Ik zwyg om yder ſtuk te aanſchouwen in zyn' deelen,
't Gehoor is ſtadig vol van 't aangename quelen,
Waar meê dat alles zingt des grooten Scheppers lof.

De reuk heeft ryke keur door veelerhande geuren
Der bloemen, ſpecery, en allerhande kruid;
't Gevoelen ſtrekt zig zelvs met beide handen uit,
En vind in 't minſt genoeg om opwaarts zig te beuren.
Wat moet de fyne ſmaak uitmunten in dit werk,
Wanneer dezelve door verſchot van zoetigheden,
Van bitter, zout en zuur naar eiſch gebruikt, de leden
Verquikt, de ziel dus dringt te vliegen boven 't zwerk:

Maar

Maar zyn 'er buiten ons zo veele groote dingen?
Zien wy ons zelven aan, geen mind're vind men daar;
't Verſtandig oog word fluks in yder lid gewaar,
Van 't konſtig ſamenſtel, ſtoff van verwonderingen,
Dit cierlyk lichaam, 't huys der ziel, te regt gezeid
Een kleine waereld, die de groote ſchynt te prenten,
Als zynde deze en die uit twee paar elementen,
Vuur, water, aard en lugt te ſamen toebereid.

De ziel die lugtig is, het vuurig hert daar neven,
Het aardſche lichaam, en de waterryke mond,
Gelyk in 't firmament twee lichten lichtend' 't rond,
Zo ziet men ook in 't hoofd twee klare lichten leven;
De lent' gelyk de jeugd, en friſſen morgen blond,
De zomer 't huwelyk en vrugtb're middag ſtralen,
De herfſt de weduwſtaat en 't na den middag dalen,
De winter de ouderdom en donkere avondſtond,

Deſelve Schepper ſchiep en dien zo wel als dezen,
Beid' zyn en blyven zy door 't zelve wyz beſtuer
Die z' onderhoud en draagt elk ogenblik en uur:
Beid' zynſe tot zyn eer zo lang zy zyn in wezen:
Maar zagt: waarheen myn pen? in dezen Oceaan
Kunt gy geen einde zien gy zou te ver verdwaalen,
Des zal ik my aan dit alleenelyk bepalen,
Waar toe ik heden ben gekomen op de baan:

Wat heeft U, lieve Vrind! wat heeft U dog gedrongen;
Daar zo veel luiſter is in 't cierlyk ſamenſtel
Van 't lichaam en de ziel, dat gy al evenwel
Alleen uw reden paalt op 't kleine lid, de *Tonge?*
Uw andwoord is gereed, gy vind in 't kleinſte lid
Een grooten ſamenloop van wond're wonderheden,
In dezen zielentolk, dit werktuig van de reede,
Die klaar'lyk openbaart de wysheid 't innigpit:

Ik volg u niet op 't ſpoor om keurig aan te merken
Hoe wel zy is geplaatſt daar zy het beſt behoort,
Ten dienſte van de ſmaak en klank van ſtem en woord,
Voorzigtelyk bedekt met dobb'le bollewerken,
Hoe dat 'er wederzyds ſes ſpieren in getal
Haar kragten geven, om zig naar den eiſch te roeren,
Hoe zagt en wel gevormt zy is om uit te voeren,
Waar toe zy is geſchikt in allerley geval.

Al wat 'er meer van zy, zal ik U over laten;
Dit hebt gy uitgewerkt; ik laat aan U den lof:
Voorwaar een goed begin, eene overſchone ſtoff
Een' vrugt der ſtudie vol van zoete honingraten:
Ga voort op 't eige ſpoor waar op gy zyt gebragt
Door uwe Meeſters, die met roem U gingen voren:
O! dat g' een Jongeling van hondert jaar geboren
Toenemen moogt in kunſt, ervarentheid en kragt:

Uw

Uw' tong zy van uw ziel, in wetenſchap bedreven,
Een' vaardige bodin tot wiſſe trooſt en nut,
Den kranken artſeny, den ſwakken kragt en ſtut,
Verkwikking van het hart, dat ſtervend' ſchynt te leven:
d'Elende van die geên, die kwynend adem toogt,
Zy u het naaſt aan 't hart door teed're mededogen
Agt minder uw gemak en ſtille ſlaap der oogen;
Weet dat m' ook op die wyz der weenende oogen droogt.

De Schepper van de tong, wil uwe tonge maken
Gezwint, om uit de borſt vry uit te ſpreken, al
Wat dienſtig is en beſt in allerley geval
En ongelegentheid, die uw beroeping raken;
Die groote *Medicyn* moet ook U Meeſter zyn,
U onderwyzen hoe men zielen kan genezen;
Een Arts des lichaams moet het ook der zielen wezen,
Zo wyſt men midd'len aan voor allerhande pyn:

De tong, dat edel lid, moet zig voor alles roeren
In 't geên zy dienen kan tot 's naaſtens zaligheid,
Hier vind zy altyd werk, nooit heeft ſy 't al gezeid
Wat ſy hier toe gepaſt en tydig aan kan voeren:
't Schynt dat de Godheid zelfs ook ſprak als door de tong,
Ook eer de tong nog was, om ons wat groots te leeren,
't Schynt dat de Schepper 't liefſt wou met den Menſch verkeeren,
Toen zy niets anders als de Godd'lyke eere zong.

't Be-

't Behaagde God de tong zyn tolk te willen maken,
Om al zyn groote daên te melden voort en voort;
Want eêr dat ſchoon juweel van zyn geſchreve woord
Nog was, was zelfs de tong de meldſter van die zaken:
Hier is het niet meê uit, de tong moet heden ook
Onze eere zyn, door niets als van Gods eer te zingen,
Door van beneden op de wolken door te dringen,
Te klimmen boven al des s' waerelds miſt en rook:

De dood mag voor een tyd de vlugge tong doen zwygen:
Maar na dien korten nagt verſchynt een klaare dag,
Waar op in eeuwigheid geen nagt meer volgen mag,
Dan zal de tong maar eerſt haar eelſte kragt verkrygen,
Van zonden en gebrek gereinigt, glat en vry
Gelaten van den band, die haar nog houd gebonden,
Zal zy niets anders doen dan s' Heeren lof verkonden.
Ag! wierd dit 't zalig lot van u en ook van my.

AARNOUD DE BOCK.

TER

TER INHULDIGINGE

VAN DEN HEERE,

JOHAN CORNELISSEN DEN EBO

tot Geneesheer,

Reedetwiſtende over de ſamenſtelling der Tong, en der zelver gebruik.

Fortuna vices & tempora mutat.

Sloeg ge op hooggeſpanne ſnaaren
Menigmaal een vreugde-toon,
Wen een Letterheld een' kroon
Mogt ontfangen op zyn' hairen?
Nu verſchaft gy Dicht'ren ſtof,
Om hunn' ſnaaren te doen klinken,
Daar de lauw'ren glanſryk blinken,
Ter vermelding van uw lof
Door Apol, met loſſe zwieren,
Om uw ſchrander hooft gehegt:
Daar Apol de twiſt beſlegt
Zult gy altoos zeegevieren.
Dichtkunde is uw troetelkind
Wen uw brein, vermoeit van ſpeelen
Op de menſchelyke deelen
En geneeſkund', ruſt bemint

G Dan,

Dan, dan is uw boog ontſpannen;
Dan verkwikt, verfriſt uw geeſt:
Dus is 't ſchandelyke beeſt,
Ledigheid, van u verbannen:
Dus verkreeg gy ſchat op ſchat,
Dien geen dief u zal ontdragen,
Daar de nydt niet af zal knagen,
Daar de roeſt nog mot op vat:
Dit getuigen uwe bladen,
Daar 'tgeſtel der tong in praalt,
En 't gebruik is afgemaalt,
Met welſpreekende ſieraden.
Was myn' zangnimf niet bedugt,
Dat uwe ooren zou miſhagen
Ruim van uwen lof te wagen,
Zy vervulde zwerk en lucht.
Gy gebood haar niet te melden
Hoe gy Vrienden hebt geredt,
Die, gebonden aan het bed,
Zig den dood voor ogen ſtelden;
Dies beſluit zy haar gezang;
Want zy kan zig niet bedwingen
Zoo bepaalt, beperkt te zingen,
Zy mint vryheid en geen dwang.
Praal nu met uw' zeeglauw'rieren!
Haaſt zal elck met jeugdig groen,
Palm en mirt u hulde doen,
Venus 't dons met roozen ſieren;
En myn' nimf zal uwen tred
Volgen tot het bruilofts-bed.

J. J. V.

TER

TER INWYING

Van mynen Vriend

DEN HEERE

JOAN CORNELISSEN DEN EBO,

Tot Dokter in de Medecine.

Delf vry de myn der hoogſte wysheid door,
Gebruik en oog en oor,
't Naauwſt onderzoek leid uw' geſlepe zinnen;
Zy kan 'er maar by winnen:
Die Grootſche bol, hoofdoorzaak van het licht
Vertoont haar aan 't Gezight
Met geen meer kragt, nogh nader drang van reden
Dan 't minſte dier beneden.
KORNELISSEN! wiens pligt, dat wyze boek
Koor tot haar onderzoek
De TONG ontleed, en die ge ons uit wilt leggen
Zal ons dit nader zeggen:
Dat konſtigſt Lid het beſte en ſnoodſte op Aard
Wordt ons geopenbaard.
Wat wonderen in onderſcheide trappen!
Wat hemelſche eigenſchappen!
Die Tolk der ziel preekt ons, zyn ryk geſtel,
Maar God nog eens zoo wel:
Geen blind geval, dat niet als los kan hollen
Doet zulke klanken rollen,

Of Schilderde voor ândren, hoe men 't plooit,
Myn Zielsgedachten ooit.
Maar gy, wiens tong die zeldzaamheên doet horen
Waarom die ſtof verkoren?
Ze is ryk en grootſch en waardig, maar met een
Gezogt en ongemeen:
Zoo hier uw Vriend zyn giſſingen mag wagen,
't Geſtel moge u behagen
't Vermogen van dit wonderwaarde LID
Was meeſt uw roemens wit.
Het wiſt voor u een' Minnares te winnen;
Dit noopte uw dankb're zinnen:
O Pryzenswaarde! uit dit gedrag gewis
Blinkt loutre erkentenis;
Uw verdren lof verzwyg ik tegens reden
Want 't wordt hier niet geleden
Gy weigerde ons het minſte gloriblad;
Waar toe gy reden had;
Want uw' Atheen deelt duurzamer feſtoenen
Die aangenaamer groenen,
(Gy word belonkt door 't heuchelyk gezicht
Van 't heldre Zonnelicht
Het mindre licht was u des overbodig
Een bleeke ſtar onnodig)
Aanvaar dien krans van krakenden laurier
Voor uw verdienſten hier:
Een zagter tuil van blyde mirteblâren
Wagt u voor d' Egt altaren,
Waar aan myn Nimf, die 't nooit aan wil ontbreekt
Miſſchien een bladjen ſteekt.

Vliſſingen
1742.

JAN GUEPIN.

TER

TER INHULDIGING

VAN DEN HEERE

JOHAN CORNELISSEN DEN EBO,

Tot Meeſter in de Geneeskunde.

KLINK-DIGT.

Was ooyt Machaon's lof in kopere pylaeren
Geſchreeven, en zyn naem aen tempelpracht gewyd,
Zag men zyn heldendaên verduuren d' eeuwigheit,
En dus zyn dierbaer hooft omringt met lauwerblaêren?

Koſt zoo heel Griekenland zyn Podalier waerdeeren
Door wien Geneeskonſt bloeyde in grooter kragt en prael,
Wanneer zyn vlyt den menſch onthief van dood, en quael?
Met recht dan mogt myn Vriend zoo zeer Geneeskunde eeren;

Veel meer, nadien men U verheugt ziet zegepraelen
Als overwinnaer in Apollo's tempelzaelen,
Daer Pallas prieſterdom als Meeſter uw' begroet!

Wel aen! koſt Pallas ſelf Uw hooft en werk bekroonen
Met Eerlaurier? wilt U een Podalier betoonen
Te zyn; zoo bloeyt altyd Uw' naem en lauwerhoed.

A. W. KONING.
S. S. Th. Stud.

TER INHULDIGINGE

VAN DEN HEERE,

JOHAN CORNELISSEN DEN EBO,

Tot Meeſter in de Geneeskunde.

Geneeskunſt trooſt der ſtervelingen!
Wie kan naar waard' uw roem en lof
Verbreiden? wie uw luiſter zingen?
Zy klimt zelfs tot aan 't ſtarren hof.
Door u word 't menſchdom van ſyn' kwaalen
Gered, en van den dood bevryd;
Uw minnaars zag men zegepralen,
Hun roem verduerde de eeuwigheit:
Met recht dan wilde gy betreden
Hun voetſpoor, en in nyvre vlyt
Als Febus zoon uw tyd beſteden,
Waar door g' uw lof ſult ſien verſpreid;

Veel

Veel meer nu Pallas prieſterſcharen,
En Pallas ſelfs u zo waerdeert,
Datſe u een krans van lauwerblaren
En 't doctoraat daar by vereert;
Wil Pallas u een Eerkrans geven?
Toon dan uw kunſt in brave daên,
Zo ſullen naem en daden leven
Een reeks van eeuwen met deez' blaên.

STEPHANUS DE BOCK,
Med. Stud.